

- dia regione aeris.
- A**eris terre causatur ex vapore vel terra in-  
cluso.
- T**onitruus causatur ex vapore igneo in vêtre  
nubis incluso: qui dum ipsam exire nititur:  
nubem ipsam cum violentia rumpit z facit  
strepitum vel sonum.
- C**um eleuatur exaltatio segregata per modi-  
cas z subtiles partes sparsim diffusas fiunt  
tonitrua z corruscationes.
- E**xaltatio eleuata multa z spissa non segregata  
tunc subtilis causat etnephiam. i. vnū ventū  
qui est ventus violentus z foris: cum quo  
accidit super terram obscuritas z multitudo  
aquarem.
- V**entus qui dicitur typhon causatur ex exala-  
tione repulsa a nube: qui fortis est z fiat ad  
modum turbinis de amplo in angustum et  
arbores eradicat.
- E**xaltatio in nube inflammata que nubem exi-  
ens statim disperet: dicitur fulgur.
- E**xaltatio a frigiditate nubis expulsa z statim p  
aerem sparsa: dicitur corruscatio.
- E**xaltatio inflammata violenter z velocissime  
expulsa deorsum a frigiditate nubis: percu-  
tens: frangens z cōminuens corpora su-  
pra que cadit dicitur fulmen.
- E**xaltatio inflammata que apparet colore aere  
causandam quandam rubedinem in aere: z  
que etiam inflāmat nouas exaltationes mul-  
tum dispersas in aere: vocatur incensio.
- B**alon est circulus totus z integer circa soles  
z lunam apparens: et ex refractiōe luminis  
solis vel lune supra vapore causatus.
- I**ris est apparitio quattuor colorū. s. punice:  
viridis: allurge: z sanchos in nube rorida:  
z speculari opposito: corpori luminoso se ha-  
bentiu: s. m ordinem z figuram semicirculi:  
vel saltem minoris portiois q̄ circuli.
- P**irge generatur ex refractiōe radij solis tras-  
euntis per partes nubis ab aliquo humido  
in nube.
- P**aralleli causantur ex refractione luminis so-  
lis supra nubem regularem z ipsam.
- E**xaltatio sicca reclusa sub terra ē materia oīū  
possibilia sicut lapidum z liquefactibilū:  
sicut sulphuris z similia.
- O**mnia corpora metallica generantur ex exala-

tione calida z humida coagulata z congela-  
ta existente sub terra.

**Quarti meteororum.**

- Q**ualitates prime eleuentorum sunt  
quattuor: inter quas sunt due actiue:  
s. calidum z frigidum: z due pas-  
siue. s. humidum z siccum.
- P**utrefactio est vltima resolutio.
- O**mnia elementa putrescunt p̄ter ignem.
- O**ppositorū opposite sunt cause.
- Q**uēcūq; a frigido componuntur: a calido re-  
soluuntur: z econuerso.
- E**xcellentia frigiditatis impedit putrefactiōē  
Digestio fit a calore naturali.
- Q**uēcūq; liquefiunt sunt de natura aque.
- O**mnia corpora ignita z sub igne facta: habēt  
caliditatem in potentia: vt cementum.
- V**nūquodq; entiu naturalium determinatum  
est quadam operatione propria: in quā cum  
potest dicitur ens tale: z in quā cū non pot:  
non potest dici hoc nisi equiuoce: vt oculus  
quando nō potest videre dicitur ocul⁹ equi-  
uoce: vt oculus lapideus vel depictus.
- H**omo mortuus nō est homo nisi equiuoce.
- P**repositiones vniuersales arti-  
stocelis libri: primi de anima.
- S**cientia est de numero bonorum ho-  
morabilium.
- O**na scientia dicitur nobilior altera  
vel nobilitate subiecti: vel propter certitudi-  
nem: z scientia de anima propter vtrūq; est  
nobilior alijs naturalibus.
- C**ognitio libri de anima vtilis est ad oēm ve-  
ritatem: z maxime ad scientiam naturalem.
- A**nima est tanq; principiu animalū.
- A**nimalia sūt p̄ncipalior pars entiu naturaliu
- A**liorum alia sunt p̄ncipia.
- V**niversale aut nihil est aut posterius est sin-  
gularibus in rerū natura.
- A**ccidentia magnam partem conferunt ad co-  
gnoscendum quod quid est. i. subiectum vel  
substantiam.
- O**mnis demonstratio principii est quod  
quid est. i. diffinitio subiecti.
- O**mnes operationes z passionēs que sunt in  
animatis sunt totius coniuncti ex corpore et  
anima: in quas cōmunicat corp⁹: vnde etiā  
intelligere non est proprium anime: sed to-